

Mythologia, Venise, 1567 - V, 19 :De Aristaeo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[60\] : De Aristeo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 19 : De Aristæo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 20 : D'Aristee](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 19 : D'Aristee](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - V, 19 :De Aristaeo, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/870>

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ),
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination165r°-166r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Aristée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

ris dixerunt, quæ temporum omnium ministræ sunt & cellarix. Cum verò lux Aurora sit ante Solis ortum, iidem Solis equi dicuntur portare Auroram. Sol lyderum dominus, & lucis, vitæq; mortalium quæstor habitus est, quoniam autor est luminis exteris stellis. & pro illius cursu cuncta vigent animæ. Hic idem morborum, & salutis omnium, & frugum, & rerum copix est autor, & temporum moderator, & Deus habitus, ob infinita propè in omnes beneficia. Hic igitur cum solus tantæ sit autoritatis inter omnia quæ videntur, perpetuoque motu agitur, Deus ab antiquis primus fuit creditus. Huius filii nihil aliud sunt, quam radiorum in corpora naturalia agentium vires, ut patet ex ipsorum nominum interpretatione. nam & Paspiphar omnibus lucens, & Phaethusa ardens, & Lamperie splendens, & Augestas splendidus est, & Hemitheia semidea & propè diuina, & Heliades Solis vires, & reliqua nomina sunt his similia. at de Sole satis, nunc dicendum est de Pale.

De Pale.

Cap. XVIII.

Pales pastorum Dea credita, ita vocata est a nonnullis, cum tamen aliâ magna mater, aut Vesta vocaretur. In huius honorem Palilia celebrabantur, quæ solemnitas erat pastorum; nam palearum accensi acerui certo ordine in loco plano collocabantur, quos transiliebant pastores saltando, ut ait Ouid. lib. 4. Pastorum;

Moxque per ardentes stipulæ crepitantis aceruos
Traicias celeri strenua membra pede.

De Aristæ.

Cap. XIX.

Aristæus Apollinis & Cyrenes filius fuisse dicitur, ut testatur Virg. lib. 4. Georg. in his;

Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis huius
Ima tenes; quid me præclara stirpe Deorum,
Si modo, quem memoras, pater est Tymbræus Apollo,
Inuisum fati genuisti?

Apollonius autem libro secundo Argonauticorum commemorat etiam quo pacto Phœbus in amorem Cyrenes inciderit, cum illa pecudes ad ripas Penei fluminis custodiret in his;

αρχὸν πεποιτὴς τῇ Ἰλῆϊ παρὰ Πηνειῷ
Μῆλα τέλει προέριγε παρ' αἰθέρι . ἡ δὲ γὰρ αὖ
Παρθένῳ καὶ δεινῶς ἀκροῖτο . αὐτὰρ Ἀπὸλλων
Τῷ δ' ἀερσιφύμοιο πτερύγεσσι περιβαλὺντας
Τελείῃσι κίρῃσι, χθονὶ παρακλῆτε νόμφαν,
Αἰὲς ἰδὼν ἱερῶν τε σφραγὶς μορταλῶν ἀνθρώπων .
Ἰδὼν δ' Ἀρετῆς ἴκλινε φίλον . το καλὴν ἔσπευ
Ἀρετῇ καὶ δόξῃ .

Fama est Cyrenen Penei ad fluminis undam
Egisse pastum pecudes; æterna placebat
Virginitas, castusque thorax cui, fertur Apollo
Hanc rapuisse graui percussus vulnere amoris:

T c

Quam

Mythologia

Quam procul Hæmoniis portauit sinibus. inter
Indigenas Libyæ nymphas ; Myrtosia iuxta
Hanc iuga deposuit , quæ mox de semine Phœbi
Mater Aristæ facta est , qui dicitur Agreus ,
Et Nomius .

- At Cicero actione sexta in C. Verrem, Aristum Liberi patris filium fuisse scribit his verbis; Aristus, qui, ut Græci ferunt, Liberi filius, inuentor olei esse dicitur, vñ cum Libero patre apud illos eodem erat in templo consecratus. Scriptum reliquit Theocriti enarrator Aristum à Nymphis fuisse educatum, quem & olei & mellis conficiendi rationem illæ docuerunt: quare horum vtriusque inuentor habitus est Aristus, ut testatur Iustinus libro historiæ decimoquarto, inuenit Aristus oleum & mel in Ceo primum. Scriptum reliquit Pindarus in Pythionicis Cyrenen cum Apolline venari solitam, ac diuicijs virginis seruasce, quæ vbi cum leone fuisset aliquando colluctata, Apollo in eius amorem incidit, illamque in Libyam deportatam compressit, ex quo natus est Aristus. Pherecydes data illi optione ut quod vellet ferretur, in Libyam portatam fuisse dicit, cum tamen Agretas illam in Cretam primum fuisse portatam scriptum reliquerit. Huius filius fuit Autuchus ex Apolline præter Aristum: quibus alii Eurocum, & Nomium, & Argeum addiderunt. Neque vero vnus tantum fuit Aristus, sed plures; vnus Caryssi filius, alius Chæronis, alius Cæli & Terræ, hic Apollinis; qui cum Echecias aliquando vocasset in Ceo, atque illi statim flare cœpissent, Iupiter Aristus vocari cœpit: & Agreus & Nomius pastorum & agrestium Deus: quæ tamen cognomina sunt etiam eius patris Apollinis. Hunc eundem omnis humanitatis autorem prodiderunt antiqui quorū sententiam nos secuti ita in nostris de Venationibus lib. 4. scripsimus;

- Puppis ad Euboicas currens allabitur oras.
Fertur Aristus antrum hic coluisse, virorum
Qui genus indocile, & viuendum more ferarum,
Glandibus, & bacchis, pomis syluestribus, & quæ
Sylua tulit cultu nullius iussa coloni,
Edocuit primus teneras armenta per herbas
Pascere: & è quercu fumis pellentibus actas
Claudere apes vacuo sub cortice: primus olium
Exprimere ex oleæ fructu, lac cogere idem.

- Huius vxor fuit Autonoe, quæ fuit etiam Cadmi, è qua Actæonem filium suscepit, fertur in Deorum numerum relatus fuisse Aristus ob rerum humano generi vtilium inuentionem, sicuti testatur Pausanias in Arcadicis. fuit enim id antiquorum institutum, ut diximus, ut viros bonos & sapientes diuinis honoribus ornarent, de quibus, ut de Diis, fabulose narrationes fingebantur. Hunc alii Phœbi, alii Dionysii, ac Cyrenes Nymphæ filium putarunt, quia Aristus consilium est & prudentia mortaliū creditus, quæ optima pars est in nobis, ut nomen significat. Sol verò cum omnes humores in humanis corporibus extenuet, his tanquam aliqua nebula rarioribus factis præpoller in nobis vis animæ ratione prædita, quare sol rarer est Aristi. Hinc ad vñdam Penei fluminis, vel potius Penei filiæ Cyrenen Phæbus amauit & compressit, quia rarior facta vis illa Aristum peperit: qui mox olei vsum diligentiam scilicet & vigilantiam in rebus mortalibus inuenit, & mel
lis ra-

lis rationē suauioris vitæ scilicet & humanioris monstrauit hominibus, cū illos dispersos & ferarum more peruagantes in vnum locum deduxerit, & pascere, & armenta custodire docuerit, cum nullā vtilitatem homines prius ex armentis perciperent. Nec me tamen preterit fuisse nonnullos qui ad historiam rem deduxerint, cum dicant Aristzum genitum fuisse ab Apolline, qui Cyrenen eximia pulchritudinis virginem raptam in Libyam portatam compressit: idque licitum fuisse propter Thessalorum migrationem, qui loci eius amonitate capti, vbi Cyrene vrbs postea condita fuit, ibi habitare decreuerunt, ac nihil in hac historia est mirabilitatis, nihil cur res perpetua memoria digna appareat. Enimvero per Aristzi fabulam nos antiqui ad prudentiam hortabantur, vt breuibus rem complectar, cum illa sola & rebus nostris assidue sit adiumento vt melius se habeant, & vitam faciat faciliorem suauioremq̃ mortalibus: quippe cum imprudentiæ multa damna, multaq̃ insuauitates & molestiæ sint sociæ. ac nūc de Tellure dicamus.

10

De Tellure.

Cap. XX.

Tellus quibus parentibus orta sit, non facile est consequi coniectura; quam alii ē Litigio, alii ē Demogorgone, nullis tamen antiquorum testimoniiis freti, quod ego videam, dixerunt. Hesiodus in Theogonia hanc statim post Chaos natam fuisse scribit, neque tamen certos parentes illi tribuit ita, inquit;

10

ταῦτά μοι ἔπειτα μύθοισι θεόμοισι δόμας ἔχοντες
Ἢὲ γάρ γε, καὶ ὅπως ἔτι πρῶτον γένε' αἰὼν.
ἦ τί μοι πρῶτον χάρις γένε', αἰὲρ ἰσότης
ταῦτ' ὠρόσθ' ἔπειτα σάκεας ἔδωκε θεοῖσιν αἰὲν
Ἀλκίονες.

Dicite coelestes primum hoc ab origine Musæ,
Dicite quid prius illorum se erexit in ortum.
Ante chaos genitum. post lato pectore Tellus,
Nata Deum superum ac cæli firmissima sedes.

30

Hanc, quam alii Tiranis, alii Cæli vxorem esse putauerunt, vt sensit Homerus in hymno in Tellurem, quam etiam omnium matrem appellauit in eo carmine;

χαῖρε θεῶν μήτηρ, ὧν καὶ ἡμεῖς ἀσπρίσμεν.
Salue magna parens diuum, ac stellantis Olympi.
Coniux.

Herodotus tamen in Melpomene, Tellurem, quæ eximiè colebatur apud Scythas, Iouis vxorem existimatam inquit in his; θεῶν δὲ μήτηρ πάντες ἱκανοὶ εἰσιν. ἵτις μοι μάλα γὰρ εἰσι δὲ θεοῖσι, καὶ γὰρ, σπέρματι τοῦ γένους τοῦ θεοῦ ὅμοιοι γινώσκονται. Deos solos hos placant. Vestam quidem præcipuè, postea verò Iouem ac Tellurem; Iouis vxorem Tellurem existimantes. quamuis Hesiodus non vxorem, sed matrem Cæli illam vocauit in his;

40

ταῖς δὲ μοι πρῶτον μοι ἔδωκεν ἰσὺς ἰσότης
Ὀὐρανὸς ἀσπρίων ἰσότης σπέρματι καλόντι.
Alma sibi peperit Tellus æquale supernè
Cælum, quod stellis fulgens circumtegit illam.

Cum vero omnia corpora naturalia, omniaque elementa ex se inuicem gignantur,

T t a gnantur,